

In no(m)i(n)e s(an)c(t)e et individue trinitatis. Notum sit omnibus [Christi fidelibus tam] presentibus quam futuris, qualiter Heberardus ... de Carniola locum qui ... habitantes in plebe s(anc)te Margarete virg(inis), allodium suum Aquilegiensi aec[clesie dedit] sub ea scilicet cautione, ut suis capellis, ab eorum antecessoribus et a se ipsis ad honorem s(anc)ti Martini et s(anc)ti OVdalrici constructis, baptismum ac mortuorum sepulturam perhenniter acquirent. Bertolfus vero aeclesiis, que sibi attinent, integro modo omnem iustitiam baptismi ac sepulture acquisivit. Hec autem sunt loca: Villa s(an)c(t)i Martini et utrumque Bernh et Grasach, pro quo dedit Hartmanni allodium ex integro atque unum mansum summani in eodem loco, cum omni iustitia atque c(om)munione. Insuper dedit duos famulos Diekerum et Kacelinum atque unam ancillam nomine Geppam. Ast Eberardus baptismum et sepulturam in Trebesbach et Flendnic sue parti acquisivit, pro quo mansum in Trebespach situm suprad(ict)e plebi dedit. Huius rei testes sunt. Demo decanus, Peruvinus, Gotescalus, de laicis vero Haruuicus de V'egen, qui hoc idem allodium aeccl(es)ie tradidit, Amilgor, Hartuuicus, Dobroh de Sequinga, Hartmannus, Wilherus, Altmannus et alii quamplures. Actum est autem tempore OVdalrici pa(tria)rhe atque Gotescali, qui tunc plebanus fuit.

Ego Otto, Aquilegensis archidiaconus, iussu OV(dalrici) pat(riarc)he subscripsi.

Prepis iz Collezione Bini, zv. 32, str. 241

Dismembratio capellarum a plebe S. Margharite

ex Tabulario Aquilejen(s) saec(uli) XII.

In no(min)e s(anc)te et individue trinitatis. Notum sit o(mn)ibus [Christi fidelibus tam] p(re)sentibus quam futuris, qualiter Heberardus ... de Carniola locum qui ... habitantes in plebe S. Margarete virg(inis), allodium suum Aquilegiensi aec[clesie dedit] sub ea scilicet cautione, ut suis capellis, ab eorum antecessoribus et a se ipsis ad honorem S(anc)ti Martini et S(anc)ti OVdalrici constructis, baptismum ac mortuorum sepulturam perhenniter acquirent. Bertolfus v(er)o aeclesiis, que sibi attinent, integro modo omnem justitiam baptismi ac sepulture acquisivit. Hec autem sunt loca: Villa s(an)c(t)i Martini et utrumque Bernh et Grasach, pro quo dedit Hartmanni allodium ex integro atque unum mansum summani in eodem loco, cum omni justitia atque c(om)munionem. Insuper dedit duos famulos Diekerum et Kacelinum atque unam ancillam nomine Geppam. Ast Eberardus baptismum et sepulturam in Trebesbach et et Flendnic sue parti acquisivit, pro quo mansum in Trebespach situm suprad(ict)e plebi dedit. Huius rei testes sunt: Demo decanus, Peruvinus, Gotescalus, de laicis vero Haruuicus de Ve'gen qui hoc idem allodium aeclesie tradidit, Amilgor, Hartuuicus, Dobroh de Sequinga, Hartmannus, Wilherus, Altmannus et alii quamplures. Actum est autem tempore OVdalrici pat(riarc)he atque Gotescali qui tunc plebanus fuit.

Ego Otto Aquilegensis archidiaconus iussu OV(dalrici) pat(riarc)he subscripsi.

Pripis na desnem robu:

Voldaricus sive Voldarcus in sede Aquil(ejensi) floruit iuxta Ughell(um) an(no) 1086 usq(ue) ad an(num) ut ex dedicat(ione) eccl(esi)e Mosacen(sis) collegit, [1]118 9 et ex concesso Henric(us) IV. Marchiam Carniole eid(em) restituit an(no) 1093.